








Digitized by the Internet Archive
in 2016



POMPONIVS.
Lætus de Romanæ Urbis
uetustate nouiter impræ/
ssus/ ac per Marianum de
Blanchellis Prænestinum
emendatus.

Camillo de Porcariis Basilicæ sancti Petri de Vr
be Canonico Iacobus mazochius Romanæ
Achademiæ Bibliopola Salutem.

Abebis & tu quoq; doctissime atq; humanissi/
h me Camille aliquod ex formis librariis officii/
næ nostre meæ in te obseruantia & uolūtatis te
stimoniū: quod si impar fuerit tuis erga me beneficiis
plurimis & maximis/ eandem tuam implorabo huma
nitatem ut æqui boniq; faciat:quam sepe alias in meis
temporibus promptā mihi & paratam sum expertus:
quanq̄ si in hac quasi allegatiōe noui de uetustatibus
urbis uoluminis/merita uirtutis tuæ/ seiūctim ab offi
ciis amicitiaē nostræ expendere ipsa per se uoluerō:cui
dignius q̄ tibi hæc Pomponii læti elucubratiō de anti
quitatibus urbis Romæ dedicetur: qui in eadem Ro
mana Ciuitate ita nobilitate prestas/ ut multo eminen
tius excellas uirtute:cuius singularis doctria/optimis
ac modestissimis moribus coniuncta est: qui tantā ob
tines humanitatem & in fouendis amicis subleuādisq;
industriam/ ut difficile admodum sit iudicatu: utrum
in remissione iucundior/an in occupatione sis diligen
tior. Sed qd ago/qui me in pelagus tuarū laudū mer
sum ire conor. Habebo igitur ad rem ppositā receptū
ut te magnopere rogem: quam uoluntatem mihi aliis
in rebus prestitisti/eandē in hoc munere sane q̄exiguo
mihi uti nunc prebeas Vale.

AMHPITHEATRVM.

In mediâ urbe amphiteatrum inchoatum a Ve
spasiano: perfectum a Domitiano cum incrusta
tione intrinsecus & extrinsecus cum signis: & in
singulis superioribus arcibus erât statuæ marmoreæ:
Illic fiebât ludi: sub tâto ædificio subsunt cloacæ adeo
ut pars ædificii sustineatur a cloacis: ab latere ædificiū
uersus septentrionem & orientem erat uia publica stra
ta lapidibus quadratis & magnis: amphiteatrum nūc
appellatur Colosseum a Colosso qui ibi erat. Est autē
Colossus magna statua: quando ludi fiebant ædificiū
linteis operiebatur.

BVSTA GALLICA.

Post Capitolium inter septentrionem & orientem est lo
cus appellatus busta gallica/ ubi Galli in magna copia
a Camillo interfecti fuerunt & ibi habent sepulchra.
locus nunc dicitur portogallo.

AESCULAPII & Concordiæ templum.

In horto sanctæ Mariæ nouæ est uestigiū templi æscu
lapii & Concordiæ.

ARCVS COSTANTINI.

In radicibus montis Palatini uersus colosseū est arcus
Costâtini principis cū uictoriis alatis qui profligauit
mascetiū filiū maximiani. is costâting fuit britânicus.

SEPTIZONIUM SEVERINI.

In templo sanctæ Lucæ sub colle sancti Gregorii est septizonium Seuerini dictum a septem zonis.

SVBVRA.

Subura incipit inde ubi est Colosseus & producitur usq; ad Exquilias.

IOVIS SIMVLACHRVM.

Fragmentū minimæ rotunditatis prope Colosseū cinctum erat marmoribus super erat Iouis simulachrū.

IOVIS STATORIS TEMPLVM ET DOMVS CICERONIS.

In ea parte Palatini montis: quæ aspicit circum maximum fuit templū Iouis statoris: prope quod fuit domus Ciceronis.

TEMPLVM PACIS.

Post palatium statim uersus Septentrionem sunt ruinae templi pacis: quod templum post bella ciuilia Vespasianus ædificauit.

DOMITIANI STATVA.

Inter Capitolium & palatium ubi remanserunt tres columnæ altæ erant tresdecim satis ornatae. Super has columnas erat statua equestris aurei: & sub pedibus erat Rhenus fluuius Germaniæ de qua triumphauit.

APERTVRA TERRAE CVRTII
ET TEMPLVM VVLCANI CVM
SCIPHO QVI TENVIT ROMV
LVM ET REMVM.

In eodem loco fuit olim illa apertura terræ in quam se dimisit Curtius ornatus unacū equo: terra statim coiuit/ & pestis euanuit. Iste locus est in parte fori Romani circum quod fuerunt multa templa & ornamenta: inter que templum Vuleani / ante quod templū pen- debat sciphus qui tenuit Romulū & Remum.

Prope forum ubi nunc est hospitale aromatoriorū fuit porticus Antonini imperatoris & Faustinae.

SATVRNI ET OPIS TEMPLVM.

Sub Capitolio est parua ecclesia: quæ diruta imminet Hospitali sanctæ Mariæ de porticu: ubi fuit templum Saturni & Opis eius uxoris. In quo templo fuit æra- rium populi Romani.

SEVERI IMP. ARCYS.

In radicibus Capitolii uersus aquilonē & zephyrū ad hortum æstiuū est arcus Seueri Imperatoris.

IUNONIS MINERVAE TEM-
PLVM ET CONCORDIAE.

Prope fuit Iunonis monetæ templum & cōcordiæ in- le fuerunt multi gradus ad Capitolium.

CARCER TULLIANVS.

In radicibus Capitolii super forum Romanū uersus septentrionem est carcer/ nunc dicitur sancti Petri fuit illa pars carceris/ quam construxit Tullus hostilius & appellabatur Tullianum.

CARCER PLEBIS.

Ex altera parte capitolii uersus meridiem ubi est ecclesia sancti Nicolai in Carcere fuit postea ibi ædificatus carcer & a Claudio decemuiro quem appellauit carcerem plebis Romanæ.

THEATRVM MARCELLI.

Vbi nunc est domus Sabellorum fuit olim theatrum Marcelli.

VELIA ET DOMVS CATILINAE

Illa pars Palatini montis quæ uidet forum Romanū appellatur Velia/ quia ibi pastores antiqui ante censuram ouium uellebant lanam ex ouibus eadem pars habuit domū Catilinæ & Catuli.

AEDIFICIUM NERVAE IMP.

Inter capitolium & exquilias uersus Aram cæli adhuc sunt magna ædificia cum inscriptione ædificii Neruæ imperatoris.

FORVM TRAIANI ET PORTICVS.

Inter capitolium & quirinalē collem ab ædificio Neruæ

usq; ad columnam coclidem & radices capitolii fuit fo-
rum Traiani/circum quod erant ornamenta innume-
rabilia quæ fuerunt aducta ex toto orbe terrarum uer-
sus occasum porticus cum amplis & excelsis columnis
& cū magnis epistiliis/ adeo mirabile opus fuit ut qui
intuerentur non potuerint adduci ad credendum illa
esse facta manibus hominum sed gigantum. Pars tota
quæ uergit ad occasum quia mons Quirinalis impe-
diebat tota excisa fuit & solo æquata/ ne forum spacio
fraudaretur

COLVMNA IN FORO TRAIANI.

Columna quæ est in foro Traiani est erecta a/ populo
Romano honore traiani post uictoriam Dacis & ipse
Traianus columnam non uidit. Concessit enim ad in-
dicendam expeditionem.

PANTHEON.

Vbi nunc est sancta Maria rotunda ibi fuit Pantheon
dedicatum Ioui ultori:cuius tegmē fuit ex laminis ar-
genteis. Illas laminas substulit Constantinus nepos
Eraclii ueniens ad urbem.

ANTIPATHEN.

Antipathen appellatur protirion idest locus ante por-
tam templi quod M. agrippa fecit. Antiqui in omnia
templa ingrediebātur per gradus ascendendo/ in unū
tantum descendebant.

CONSI TEMPLVM.

In templū quod in honorē Consi. i. dei consilioꝝ fuit

ædificatum descendebatur pluribus gradibus & nullis ascendebatur.

TEMPLVM BONI EVENTVS.

Prope supradictū Pantheon erat templū boni euētus: & ædificia prope pantheon sunt ruinae M. agrippæ & extendunt usq; ad domū quæ fuit Cardi. Spoletini.

THERMAE NERONIS.

Aedificia quæ sunt ad sanctum Eustachiū fuerūt thermæ Neronis postea instaurate ab Alexandro Imperatore & dictæ Alexandrinæ.

CAMPVS MARTIVS.

Vbi est ecclesia sancti Laurētii in Lucina cū hortis ubi fuit Cāpus martius appellatus: in quo habebāt comitia & ubi est domus noua facta quæ est capellanorū cuiusdam capellæ sancti Laurentii fuit basis nominatissima

HOROLOGIVM.

In Campo martio ubi est Epitaphium capellanorū ibi fuit effossum horologium quod habebat septem gradus circum: & lineas distinctas metallo inaurato & solum campi erat ex lapide amplo quadrato: & habebat lineas easdē: & in angulis quattuor uenti ex opere suo cum inscriptione ut boreas spirat.

COLLIS HORTVlorum ossa Neronis.

Collis qui surgit a dextris eundo ad sanctam Mariā de populo uocatur collis hortulorum: in quo sepulta

fuerunt ossa Neronis: pars quæ subiacet plana uergēs
ad austrū & libyn habebat hortos & tota humida.

PINCIVS.

Locus ille qui uidetur esse mons supra flumen appella-
tur Pincius a/ quodam Ciue ex colle hortulorū candi-
dati descendebant albis uestibus qui erant petituri ma-
gistratū.

DOMVS MARTIALIS.

Inter collem Quirinalem & hortulos est locus depre-
ssus: ubi nunc est uinea quæ appellatur Pila tyburtina
prope quam fuit domus Marcialis: uñ.

Sed tyburtinæ sum proximus accola pilæ

Qua uidet antiquū rustica Flora Iouem.

Ista pila nunc uocatur Tybur uetus: antiqui cogitaue-
runt a/ porta collina protédere moenia usq; ad pontem
miluium per montes propter suauitatem istius plani-
tici: sed Aruspices uetuerūt/ quia nō licebat circa Urbē
comitia facere & legere milites.

EQVI DVO ET STATVAE & Cybele.

Exeundo a/ domo Pomponii eundo per dorsum mon-
tis quirinalis uersus Septentrionē sunt duo equi cum
statuis marmoreis: qui missi fuerunt a/ Tiridate Rege
Armeniaē ad Neronem imperatorem. Sunt tres statuæ
Constantinorū sedentes tenentes cornucopiæ sinistra
manu: hæ sunt statuæ deorū fluminum/ significant re-
rum copiam. Est & Cybele sedens super duobus leonī-
bus currita quia præest curribus & ca. tis.

VBI FIEBANT FLORALIA.

Eundo a/ sinistris est uallis inclusa parietibus ubi fiebant Floralia & mons a/ dextris habet domum Cardinalis Neapolitani ea est pars Quirinalis montis/ & uocatur mons Clatræ & Apollinis. Mons a/ dextris uocatur Capitolium uetus/ & pars est Quirinalis ubi fuit templum Iouis antiqui quod templū Capitolinū.

TEMPLVM HERCVLIS & Quirini.

In medio fere dorso a/ sinistris fuit templum Quirini. Quidam othomedio lanensis Senator urbis expoliavit templum & ex ornamentis facti sunt gradus in arce cœli/ & gradus quibus ascenditur Capitoliū.

VICVS ET STATVA MAMVRII.

Adhuc per dorsum Quirinalis ubi est templū sanctæ Susannæ a/ sinistris ibi fuit uicus Mamurii/ & ibi erat eius statua. Fuit autē Mamurius faber ærarius/ qui fecit ancilia Numæ pompilii. Est autem Ancile scutum longius q̄ latius quasi ambe cisum. Post templum ubi fuit ecclesia sancti Sabini ibi fuit Salustii forum.

PORTA COLLINA.

In ipso colle Quirinali est porta Collina quæ diu fuit ultima porta Urbis/ & mœnia nō multo spacio extendebantur uersus occasum & erat finis.

LOCVS SVPLICII ET VIRGINVM VESTAE.

A sinistra intrinsecus euntibus est locus editus & eleuatus/ ubi erat antrum artificio factum testudinatum cum exiguo foramine unde emittebāt uestales quæ cōmiserant impudiciā/ & ne perirent fame in antro erāt excanatae duæ paruæ fenestræ: in altera erat lucerna accensa: in altera lac & aqua/ postea populus mittebat terram quousq; terra ad summitatem perueniret foraminis ita moriebantur illic sacerdotes cum uestibus sacerdotalibus priusq̄ hoc fieret. Intrinsecus ante portā auferiebātur sacra monialibus: & postea agrediebātur portam sed non poterant uertere caput: deinde nō licebat exire sacerdotem per illam portam per unum annum: & totus populus ea die in luctu erat.

VIA SALARIA.

Via extrinsecus Salaria uocatur qua Sabini ferebāt saltem ex Vrbe.

HORTI SALUSTIANI.

Intrinsecus a/ porta Collina a/ sinistris est uallis longa ubi fuerunt horti Salustiani circumdati pulcherri-
mis ædificiis qui fuerunt non modo morū sedent propter sumptum & ornatum ædificiorum satis amæni & aquæ subterraneæ manu factæ irrigabant hortos.

DE VIA Nomentana/ Viminali/ & Quirinali.

Prope portā Viminale quæ est proxima porta colline cōiunguntur duo colles Viminalis & Quirinalis ex porta Viminali incipit uia quæ uocatur

VIMINALIS ET EXQVILIAE.

Viminalis collis a Ioue uimineo dictus / & Exquiliz
ab excubâdo confundunt qui sunt duo môtes urbis.

TEMPLVM QVIRINI.

Vbi sunt thermæ Diocletiani & Maximiani quæ non
fuerunt inchoatæ ab ipsis sed a Veteribus: inter ipsas
thermas a Septentrione fuit templum Quirini quod
dorsum quirinalis appellatur alta semita.

BALNEA L. PAULI.

In descensu Quirinalis montis uersus meridiem ubi
nunc est domus de Comitibus & turris militiae fuerunt
balnea L. Pauli.

THERMAE CONSTANTINI.

In ipso colle quirinali erant thermæ Constantini Impe-
ratoris quæ extendebantur usq; ad domum de Coluna.

VALLIS QVIRINALIS ET DO- MVS POMPONII ATTICI.

Inter uiminalem & quirinalem uallis est Quirinalis di-
sta ibi est sancti Vitalis templum: ubi Romulus appa-
ruit ante lucem Proculo cum ascenderet in cœlum ubi
fuit domus Pomponii Attici.

CVTIVS PROBÆ.

In eo Quirinali est templum sanctæ Agathæ: & in ipsa
uallis templo sancti Vitalis est puteus qui

dicitur puteus diuæ Probæ: nā Proba uirgo eū fecit:

LAVACRVM AGRIPPINAE.

In ascensu Viminalis collis uersus Septentrionem est templū sancti Laurētiī panispernæ ubi lauacrū Agrippinæ matris Nerōnis: quod lauacrū postea magna impensa Hadrianus Cæsar instaurauit: ibi nunc sunt moniales.

TURRIS MOECENATIS.

In uia quæ est post thermas inter Orientē & aquilonē ubi est ascensus in illa parte eminentiori fuit turris moecenatis: unde Nero dicitur inspexisse incendium urbis.

CAMPVS EXQVILINVS.

Sub illa turri uersus Septentrionē est campus exquilinus ubi olim comburebantur cadauera mortuorum: cuius rei nidor multum Vrōi nocebat. Augustus qui studuit emendare aerem consensu Po. Ro. & Senatus cōcessit campum Moecenati ubi faceret pulcherrimos hortos: nūc appellatur campus uarius quia ibi postea detinebantur animalia.

PORTA EXQVILINA & Viminalis.

In hoc campo sunt duæ portæ Urbis: Altera uocatur Exquilina quæ est clauis Altera Tyburtina. Inter hanc portam & portam Viminalē erat porta quæ uocabatur porta inter agrum uulnæ nūc est clausa ubi uia erat satis munita ad inuicem. Est regio e huius portæ erat rex Gordiani Imperatoris.

PVTICVLÆ.

Extra portam Exquiliam uel Exquilinā erat locus qui dicebatur Puticulæ: ubi erant frequētes putei quibus condebantur ossa combustorum.

PORTA SANCTI LAURENTII.

Porta sancti Laurētii est in aquæductu & externis nō porta.

AD VERBUM PILEATVM.

Iuxta partem sancti Laurentii ad dextram exuntibus templum sanctæ Viuianæ & sex miliū martyrū ubi stabatur antiquitus ad Verbum pileatum/ q̄ ibi fuit sergo ur̄si habentis pileum in capite.

DVO TROPHAEA.

Post ecclesiam sancti Eusebii est pars ædificii ubi sunt duo trophæa id est spolia hostium: Alterum trophæū habet toracem cum ornamentis & clypeis ante imaginem victoris: Alterum habet instrumenta omnia ad pugnandum & clypeos & habet uellics.

GALLENII IMP. MONVMENTVM.

Ubi est ecclesia sancti Viti est arcus dirutus cum monumento Galleni Imperatoris.

THERMÆ TITI ET VESPASIANI.

Post ecclesiam sancti Martini uersus orientem sunt ruine thermarū Titi & Vespasiani: ruina cisternarū thermarū Titi vocat. uel capocces & uersus aquarū.

PHILIPPI IMP. THERMAE.

Post thermas Titi inter aquilonē & eorum sunt thermæ Philippi Imperatoris. Post est uallis inter Exquilias & Coelium montem / quæ ducit ad portam sanctæ Crucis / quæ est pars aquæductus.

VIA PRAENESTINA.

Via quæ est extra portam sanctæ Crucis uocatur Prænestina.

EXQVILIAE.

Exquilix incipiūt a / templo sancti Petri a / uinculis & protendūtur usq; ad ecclesiam sanctæ Crucis inde ad thermas Dioclitiani illinc circum eundo includit ecclesiam sanctæ Mariæ maioris / prope quam erat basilica Sicimini Romani & sanctæ Praxedis usq; ad sanctum Petrum a / uinculis.

COELIVS LATERANENSIS.

Coelius mons incipit ab ecclesia sancti Io. Lateranen. a / familia Lateranor; sic dicitur: & finit ubi est Ecclesia sancti Gregorii & est magni ambitus / & includit ecclesias quattuor coronator; / sancti Stephani rotūdi / sancti Ioannis & pauli / sancti Petri marcellini in radicib; montis coelii supra est quadruuiū inter coeliū & exquilias. Coelius appellatus a / quodā ciue Coelio uibenno qui præstitit aurum Romanis contra Sabinos.

PORTA COELIMONTANA.

Porta coelimontana appellatur illa quæ est sub sancto

Iohanne: extra quam est uia Campana.

PORTA METRODORI & Coelicolus.

Inter portam coelimonthanā & portam in uia latina est porta quæ appellatur Metrodori clausa nunc: & ille mons parui ambitus/ qui est post cælium montem ad Orientē appellatur Coelius minor idest coelicolus/ meminit Martialis.

REGIO PORTAE CAMPANAE.

Regio portæ campanæ est post Coeliū montē & Auentinum usq; ad radices ascensus ad sanctū Ioannem.

PORTA CAPENA: VIA APPIA:

THERMAE ANTONIANAE:

VIA NOVA.

Porta sancti Sebastiani uocat' porta Capena/ & extrinsecus uia uocatur Appia/ quæ est Regina aliarū uiarū: ducit usq; ad Brundisiū. Ista uia priusq; peruenias ad Ecclesiam sanctoꝝ Nerei & Archillei & Sixti uocatur uia Noua: quæ ducebat ad thermas Antonianas quæ fuerunt Antonini caracallæ: quæ thermæ sunt a/ dex/ tris post ecclesiam sancti Nerei & Archillei. Et fluuius qui oritur longius ab Vrbe .xx. mil. pas. in agro maritimo rigat radices montis Auentini & ingreditur Tyberim.

AVENTINVS.

Auentinus ab auibus dictus est: & incipit a/ flumini e. magnum habet ambitum/ & creditur usq; ad mœnia

ubi est porta Capena/& ad metam ubi est porta sancti
Pauli. Mons Auentinus est longior & latior habet ec/
clesias multas ad occasum supra Tyberim ecclesiã san/
ctæ Sabinæ/ Alexii/ Mariæ in medio/ sanctæ Priscæ.
ad orientem prope finē longitudinis sanctæ Barbinæ.

VIA HOSTIENSIS SEPVL/ CHRVM C. CESTII.

Prope portam sancti Pauli/extra quam uia est & appel/
lat Hostiēsis est Pyramis quadrata cuiusdā C. Cestii.

CAMPVS FIGVLORVM.

Campus ad portam sancti Pauli post Auentinum est
campus ubi hodie fit cursus Equorū : In medio surgit
collis ubi fuerunt figuli/& ipse collis factus est ex frag/
mentis uasorū fictilium. Aliæ figulinæ erant extra por/
tam Viminalē a/dextris ubi surgit collis eius materiæ.

HORREA ROMANORVM.

Post Auentinum montem uersus meridiem supra Ty/
berim planicies magna ubi erāt. CLX. horrea quæ ser/
uabant triticum Po. Ro. & erant magna & longa.

PONS SVBLICIVS.

Sub Auentino est pons qui olim appellabatur Subli/
cius. Erat enim ligneus nā sublices intelliguntur mag/
næ arbores. postea ab Aemilio factus est lapideus & ap/
pellatur Aemilius.

TEMPLVM MATVTAE Leucothoes.

Parua ecclesia rotunda sancti Stephani supra tyberim olim fuit Matutæ Leucothoes / idest albæ deæ / hoc est deæ matutini temporis.

TEMPLVM Herculis & ara maxima.

Post muros Scolæ grecæ statim non longe fuit Templum Herculis in foro boario rotundum cum multis antiquitatibus dirutum tempore Sixti quarti. Nō longe ab hoc templo / Templum uersus Auentinum fuit appellatum Ara maxima.

CRISOCOLLA CIRCVS maximus.

Pauimentum Circi maximi fuit ex Crisocollo: Est autē Crisocollo dura materies / quæ nascitur postq̄ aurum effossum est / ex auro retinet colorē / in cætero est lapis In hoc circo fiebant ludi ubi erant duo magni obelisci quorū alter est maximus omniū qui sunt in orbe. Est autem circus inter palatinū montem & auentinū.

PALATINVS MONS.

Mons palatinus habet in circuitu mille passus: ea fuit prima sedes P. R. & prim⁹ locus habitatus & sedes Imperii cōstituta ibi pp̄ qđ Hercules in eo mōte hospitio fuit recept⁹ ab Euādō rege. Palatiū autē appellat⁹ a / Palate urbe arcadiæ un̄ rex Euāder uenit ideo in eo mōte fuit sedes P. R. pp̄ quā causam ubicunq; est sedes magni principis palatiū appellatur: sed malū omen est Imperio Romano q̄ propria sedes est inhabitata.

IANI VELABRVM.

In foro boario duo Iani. i. logiæ ibi recipiuntur mercatores/ & habet in se quadruiū: unus ianus hæret ecclesie sancti Georgii/ nã longe hinc inter Auen: inū fuit uelabrū ita dictū q̄ cū locus esset paludosus hoies qui uolebāt transire in auentinū ferebant cymba & ioluebāt stipē: pecunia aut̄ quæ soluitur nautis uelatura appellatur unde uelabrum.

TIBERIS SINVS prope Capitolium.

Sub Capitolio tyberis inferebat sinū qui ptingebat radices palatii: ubi nūc est ecclia sc̄i Theodori i eo spacio prope fuit tēplū & ibi expositus Romulus & Remus in alueolo. i. scypho ligneo.

FICVS RVMINALIS.

Ibi fuit ficus ruminalis appellata a ruminæ lupæ. Est aut̄ ruma m̄ama.

LUPERCAL.

Supra in capitolio e/ regione istorū locorū fuit Lupercal hoc est mansio lupæ quæ nutriuit Romulū & Remum erat aut̄ lupercal antrum prope tres colūnas.

TEMPLVM Castoris & Pollucis.

In sine fori Romani fuit templum Castoris & Pollucis prope quod paruulus fons.

TARPEIVS MONS.

Tarpeius mons diuiditur in duos colles: in capitolium & arcem: in eius medio erat uallis in qua fuit Asylum

ad quod confugientes erant tuti . Erat autem Asylum
templum inuiolabile & ibi fuit templum Iouis.

TEMPLVM IOVIS CAPITOLINI.

In capitolio fuit templū Iouis magni capitolini quod
erat quadratū quo quo uersu pedibus. C. altitudo. cl.

FINIS.

REGIONES ANTIQVAE VRBIS.

PRIMA REGIO PORTAE CAPENAE.

Porta capena	uicus camenarū & ædis
uicus drufianus	uicus sulphitii ulterioris
uicus sulphitii citerioris	uicus fortunæ obsequētis
uicus puluerarius	uicus honoris & uirtutis
uicus trium ararum	uicus fabricii
ædis martis	ædis mineruæ
ædis tempestatis	ædis Apollinis
Area spei	area galli siue thalli siue thalliae
area pinaria	area carlucae
lacus promæthæi	lacus uipsani
balineum torquati	balineum uectis bolani
balineum mamertini	balineum abascantiani
balineum antiochiani	thermæ seuerianæ
thermæ cōmodianæ	arcus diui ueri parthiri
arcus diui traiani	arcus drusi
mutatorium cæsaris	almo fluuius

uici. ix.
uicomagistri. xxxvi.
denuntiatores. ii.
domus. ccxx.
balineæ priuatæ. lxxxii.
pistrina. xx.

Regio in ambitu continet ped. xii. mil. ccxxvi.

ædiculæ. x.
curatores. ii.
insulæ. iii. mil. ccl.
horrea. xiii.
lacus. lxxxiiii.

REGIO SECUNDA COELI montiū.

Templum Claudii
campus martialis
antrum cycoplis
caput aphyricæ
domus Philippi
regia tullii hostilii
mansiones albanæ
armentarium
ludus matutinus
cohortes quinque uigilū
ædiculæ. viii.
curatores. ii.
insulæ. iii. mil.
horrea. xiii.
pistrina. xii.

Regio in ambitu continet ped. xii. mil. cc.

macellum magnum
lupatiæ
castra peregrina
arbor sancta
domus uectiliana
mansiones
mita aurea
spolium samarium
ludus gallicus
uici. xii.
uicomagistri. xxviii.
denuntiatores. ii.
domus. cxxxiiii.
balineæ priuatæ. xx.

REGIO TERTIA ISIS & Serapis

Moneta Amphiteatrū quod capit loca. lxxxvii. mil.
ludus magnus ludus daricus
domus britiana samium coragium
prætura præsentis. thermæ Titi cæsar. aug.
lacus pastoris schola questorum
schola capulatorum porticus liuia
castra misenatum subura
Vici. viii. ædiculæ. viii.
uicomagistri. xxiiii. curatores. ii.
denuntiatores. ii. insulæ. ii. mil. d. cc. lvii.
domus. c. lx. horrea. xiii.
balinæ priuatæ. lxxx. lacus. lxy.
pistrina. xii.
Regio in ambitu continet pedes. xii. mil. ccc.

REGIO QVARTA.

Templum pacis templum Veneris
templum Faustinae templum telluris
uia sacra basilica Constantini
basilica Pauli æmilii sacri portus
forum transitorium balineum daphnidis
porticus assidata ara uulcani cū uulcanali
Buccinum aureum ubi lothos a/ romulo sacra
apollo sandalarius horrea carthacea
sororium tigillum meta sudans
colossus altus pedes. CC. & semis habens in capite ra/
dios septem singuli pedes. xxii. & semis.
carinæ domus Pompei

auita Cæronum domus	Vici.viii.
ædiculæ.viii.	uicomagistri.xxxii.
curatores.ii.	insulæ.ii.mil.d.cclvii.
domus.c.xxxviii.	horrea.viii.
balinæ priuatæ.lxxv.	lacus.lxxviii.
pistrina.xii.	
Regio in ambitu continet pedes.xiij.mil.	

REGIO QVINTA

Exquilina cum turri & colle Viminali.	
lacus promethei	macellum liuiant
nymphæum diui Alexãdri	cohortes septem uigilum
horti plantiani	horti mœcenatis
Hercules sullanus	amphiteatrum castrense
campus exquilianus	câpus uiminalis cū agger
lucus petelini	domus aquilii iurecõsulci
ara Iouis uiminet	minerua medica
Isis patricia	lauacrum Agrippinæ
thermæ olympiadis	Vici.xy.
ædiculæ.xv.	uicomagistri.lxx.
curatores.ii.	denuntiatores.ii.
insule.iii.mil.dccc.l.	domus.clxxx.
lacus.lxxix.	horrea.xxiii.
balinæ priuate.lxxv.	pistrina.xii.
Regio in ambitu continet pedes.xy.mil.dcccc	

REGIO SEXTA

Alta semita

uicus mamuri

uicus bellone	templum salutis
templum sarapeum	templū apollinis & clatræ
templum Floræ	floralia
Capitolium uetus	forum salustii
statua mamuri plumbea	Templum quirini
domus attici	malum punicum
templum gentis flatiæ	horti salustiani
senaculum mulierum	thermæ constantinianæ
thermæ dioclitiani	balnea Pauli
decem tabernæ	ad gallinas albas
area calidii	cohortes tres uigilum
Vici. xii.	ædiculæ. xvi.
uicomagistri. xlviii.	Curatores duo
insulæ. iii. mil. d. y.	domus. c.
horrea. xviii.	balinæ priuatæ. lxxv.
lacus. lxxvi.	pistrina. xii.
Regio in ambitu continet	pedes. xv. mil. d. c.

REGIO SEPTIMA.

Via lata	lacus ganymedis
cohortes septem uigilum	arcus nouus
nymphæum iouis	ædicula capraria
campus Agrippæ	templum Solis
castra gentiana	porticus Constantini
templum nouū fortunæ	templū nouū Quirini
facellum senii fangi	equi ænei tiridatis
forum suarium	forum archemonium
horti liuiani	pila tyburtina
ad mansuetas	lapis pertusus

Vici. x.
uicomagistri. xl.
denuntiatores duo
domus. cxx.
pistrina. xvi.
lacus. lxxvi.

ædiculæ. xii.
curatores duo
Insulæ. iiii. mil. ccclxxxv.
horrea. xxv.
balinæ priuatæ. lxxv.

Regio in ambitu continet pedes. xii. mil. dcc.

REGIO OCTAVA.

Forum Romanum	uictoria aurea
comiciū	tabernæ nouæ
cloacinæ templum	colūna cū statua M. Iudii
græcostasis	Aedis opus & saturni
miliareum aureum	septem tabernæ
templum Veneris cluarine	senatulum aureum
pila oratiæ	curia
templum castrorum	templum concordiæ
equus æneus Domitiani	acrium Mineruæ
ludus æmilius	iulia porticus
arcus Fabianus	puteal libonis
Iani duo celebris mercatorū locus	regia Numæ
templum Vestæ	templum deū penatium
templum Romuli	templum Iani
forum Cæsaris	stationes municipioꝝ
forum Augusti	cohortes sex uigilum
Forum Traiani cum templo & equo eneo & columna coclide quæ est alta ped. cxxviii. habetq; intus gra/ dus. clxxxv. fenestrellas. xlv.	
ædicula concordiæ supra græcostasim	d

lacus curtius	basilica argentaria
ædis uictoriæ	uicæ poscæ
umbelicus urbis Romæ	templū Titi & Vespasiani
basilica Pauli cum phrygiis columnis	
Ficus ruminalis in comicio	uicus ligurum
Apollo translatus ex apollonia: xxx. cu.	
delubrum Mineræ	ædicula iuuentæ
Porta carmentalis uersus circum flaminium	
Capitolium	templum Iouis tonantis
ædis ueiouis	signū iouis impatoris a Præneste de-
uectum	asylum
templum uetus mineræ	horrea germanica
horrea agrippina	aqua cernēs quatuor scauros
forum boarium	facellū pudicitæ patritiæ
ædes herculis uictoris a lra	cognoiata rotūda & parua
antrum caci	ædis matutæ
uicus iugarius idem & furarius cū signo uortūni	
porticus margitaria	uicus unguentarius
helephantus herbarius	Vici. xii.
ædicule totidem	uicomagistri. xlviii.
curatores. ii.	denuntiatores. ii.
insulæ. iiii. mil. dccc. lxxx.	domus. c. l.
balinæ priuatæ. lxyi.	horrea. xviii.
lacus. cxx.	pistrina. xx.
Regio in ambitu continet pedes. xii. mil. dccc. lxyii.	

REGIO NONA.

Circus flaminus	stabula. iiii. factionū. viii.
ædis antiqua apollinis cum lauacro.	

porticus philippi	mimicitia uetus
mimicitia frumentaria	cripta balbi
porticus corynthia	Gn. octauii quæ prima. xii. fuit
theatrum balbi	capit. loca. xxx. mil.
Iuppiter pōpeianus	cl. cæs. dicauit & a uicinitate appell.
theatrum marcelli	capit. loca. xxx. mil.
delubrum Gn. domicii	carcer Cl. x. uiri
templum bruti callaici	campus martis
uilla publica	ubi primū populi census est auctus.
trigaria	equiria
horti luculani	fons scipionum
sepulchrum augustorū	ciconiæ
nixæ	pantheon ioui uictori
basilica macilii	thermæ adriani
templū diui antonini	cū coclide colūna quæ est alta ped.
	clxxv. habet intus gradus. ccvi. & fenestrellas. lvi.
thermæ adriani	thermæ agrippæ
therme neronianæ	quæ postea alexandrinæ.
templum boni euentus	porticus argonautarum
ædis bellonæ	uersus portam carmentalem
	Ante hanc
	adem columna index belli inferendi:
meleagricum	iseum
serapeum calcidica	mineruium
minerua	diuor
insula phelidii siue phelidis	Vici. xxx.
ædiculæ totidem	uicomagistri. xlvi.
curatores. ii.	denuntiatores. ii.
insulæ. iii. mil. dcc. lxxxviii.	balinæ priuatæ. lxi.
horrea. xii.	pistrina. xx.
Regio in ambitu cōtinet pedes. xxx. mil. d.	d ii

REGIO DECIMA:

Palatium	uicus padi
uicus curtarum	uicus fortunæ respiciētis
uicus salutaris	uicus Apollinis
uicus cliuusq; diei	Roma quadrata
ædis Iouis satoris	casa Romuli
prata bacchi ubi fuerunt ædes	Vitruuii fondani
ara febris	templum fidei
ædis matris deum	domus ceroniorum
ficelia	Iouis cenatio
ædes Apollinis ubi Lydini	pendent in star arboris ma
la ferentis	bibliotheca
ara palatina	ædes Iouis uictoris
domus Dionisii	domus Q. catulli
domus Ciceronis	ædes Diouis
uelia	curia uetus
fortuna respiciens	septizonium seueri
uictoria germanica	lupercal
ædes raymusiæ	pentapylon Iouis arhitratoris
domus augustiana	domus tyberiana
sedes Imperii Romani	auguratorium
ad mameam hoc est dicte	mammeæ
Vici. vi.	ædicolæ totidem
uicomagistri. xxiiii.	curatores duo
denuntiatores. ii.	Insulæ. ii. mil. dc. xliiit.
domus. lxxxviii.	lacus. xxx.
horrea. xlviit.	pistrina. xx.
balineæ priuatæ. xxxvi.	
Regio in ambitu habet pedes. xii. mil. dc.	

REGIO VNDECIMA.

Circus maximus
circus maximus qui capit loca. ccc. lxxv. mil.
Portæ. xii. templum Mercurii
ædes ditis patris ædes Cæreris
ædes ueneris opus fabri gurgitis porta trigemina
salinæ Apollo cælis pex
ædes portumni Hercules oliuarius
ara maxima ædes cæreris
ædes pompeii obelisci. ii. iacet alter alter erectus
ædes murciæ ædes consi subterraneæ
Forum obliuorium in eo columna est Lactaria ad quã
infantes lacti alendi deferuntur.
uelabrum maius uelabrum minus
arcus Constantini Vici. viii.
ædiculæ totidem uicomagistri. xxxii.
curatores. ii. denuntiatores
insulæ. ii. dc. domus. lxxxviii.
balinæ priuatæ. xv. horrea. xvi.
lacus. lx. pistrina. xii.
Regio in ambitu habet pedes. xi. mil. d.

REGIO DVODECIMA.

Piscina publica uicus Veneris almæ
uicus piscinæ publicæ uicus dianæ
uicus ceios uicus triari
uicus aquæ salientis uicus laci tecti
uicus fortunæ māmofæ uicus colapeti pastoris
uicus portæ rusculanæ uicus portæ neuiaæ

uicus uictoris
area radicana
fortuna mammosa
ædis bonæ deæ subfaxanæ
thermæ antoniani
campus lānarius
cohortes tres uigilam
priuata hadriani
ædiculæ totidem
curatores.ii
insulæ.ii.mil.cccclxxxvi.
balinæ priuatæ.xliiii.
horrea.xx.

Regio in ambitu habet pedes.xii.mil.

REGIO TERTIADECIMA.

Auentinus
uicus frumentarius
uicus ceseti
uicus laci miliarii
uicus trium altium
uicus loreti minoris
uicus colūnæ lignæ
uicus mundicie
uicus fortunæ dubiæ
templum connæ dianæ
thermæ siriacæ
thermæ uarianæ
priuata traiani

horti asmani
caput uix nouæ
isis antenodoria
donum delphini
septem domus pareborū
domus chilonus
domus cornificii
Vici.xii.
uicomagistri.xlviii.
denuntiatoris.ii.
domus.c.xiiii.
lacus.lxxx.

uicus fidii
uicus trium uiarum
uicus ualerii
uicus capitis canteri
uicus nouus
uicus armilustri
uicus macerarius
uicus loreti minoris
armilustrum
thermæ decianæ
templum libertatis
dolocenu siue dolocrum
remuria

mappa aurea
horrea gabæ
scalæ gemoniæ
schola cassii
forum pistorium
ædiculæ totidem
curatores.ii.

insulæ.ii.mil.cccclxxxviii.

balinæ priuatæ.lxiii.

horrea.xxvi.

Regio in ambitu continet pedes.xvi.mil.cc.

platanon

horrea amicei

porticusfabaria

templum Iunonis reginæ

Vici.xvii.

uicomagistri.lxxiiii.

denuntiatores.ii.

domus.c.iii.

lacus.lxxviii.

pistrina.xx.

REGIO QVARTADECIMA.

Transiberis

uicus gemini

uicus longi aquilæ

uicus quadrati

uicus rutiliani minoris

uicus brutianus

uicus statuæ ualerianæ

uicus pauli

uicus semipublici

uicus lcci restituti

uicus sergi

uicus uiberini

naumachiæ.ii.

uaticanus

ianiculum

uicus censori

uicus rostrati

uicus statuæ ticianæ

uicus rutiliani maioris

uicus ianuclensis

uicus larum lucalium

uicus salutaris

uicus sex lucei

uicus patratili

uicus faufei

uicus ploti

gaianium

corniscæ

horti poinitii

manix sacellum

balineum ampelidis
statua ualeriana
cohortes septem uigilum
templum fortis fortunæ
thermæ septimianæ
Hercules calcans
campus codetanus
castra lecticariorum
ædicule totidem
curatores.ii.
insuiæ.iiii.mil.ccccv.

balinæ priuatæ.lxxxvi.
horrea.xxii.

Regio in âbitu habet pedes. xxxiiii. mil. ccclxxxvi.

Senatula tria Vnum inter Capitolinm & forum
ubi magistratus deliberabant: Alterum ad portam ca/
penam: Tertiū citra ædem bellonæ in circo flamineo
ubi dabantur Senatus legatis quos in urbem admitte
re nolebant: Quartū senatū matronarū in quirinale.
bibliothecæ. xxix. publicæ ex his precipue duæ Pala/
tina & Vlpia.

Obelisci magni sex: duo in circomaximo maior est pe
dum cxxxii. minor ped. lxxxviii. & semis
unus in Vaticano.

unus in campo martio ped. lxxii.

duo in mansuolo augusti pares singuli ped. xlii. & se
mis.

Obelisci priuati. xlii. in plerisq; sunt notæ ægyptiorū.

balineum priscidianæ
statua sicciana
caput gorgonis
area septimiana
Ianus septimianus
campus brutianus
horti getæ
Vici. xii.
uicomagistri. lxxxviii.
denuntiatores. ii.
domus. cl.
lacus. clxxx.
pistrina. xxii.

PONTES OCTO.

Mulvius
Vaticanus
Fabricius
Palatinus
Aelius
Ianuclensis
Cæstius
Aemilius qui ante Sublitiis:

CAMPI OCTO.

Viminalis
Exquilianus
Agrippæ
Marius
Codetanus
Bruttanus
Peculiarius
Lannatarius
Vnus ultra tiberim : Cæpus Vaticanus
extra numerum.

FORA SEDECIM.

Romanum quod dicitur magnum
Cæsaribus augusti
Boarium
Transitorium
Nolitorium

Pistorium
Traiani
Antenobardi
Suarium
Archemonium
Dyoclitiani
Gallorium
Rusticorum
Cupedinis
Piscarium
Salustii

BASILICAE DECEM.

Vlpia
Pauli
Nestini
Neturnii
Macidii
Martiana
Vescellaria
Floselli
Siciminii
Constantiniana

THERMAE XII.

Traiani
Titi
Agrippæ
Syriacæ

Commodianæ
Seuerianæ
Antonianæ
Alexandrinæ quæ Neronianæ
Dyoclitianæ
Decianæ
Constantinianæ
Septimianæ

Iani per omnes regiones incrustati &
adornati signis duo precipui ad arā Fa-
bianam superior inferior.

AQVAE XX.

Appia
Marcia
Virgo
Claudia
Herculanea
Tepula
Damiata
Traiana
Annia
Halsia galisiana quæ Augusta
Cærulea
Iulia
Argentiana
Cininia
Sabatinæ

Aurelia
Septimiana
Seueriana
Antoniana
Alexandrina

VIAE XXIX.

Appia
Latina
Labicana
Campana
Prænestina
Tiburtina
Collatina
Nômētana q̄ figulēsis
Salaria
Flaminea
Aemilia
Claudia
Valeria
Ostiensis
Laurentina
Ardeatina
Setina
Quinctia
Gallicana
Triumphalis
Patinaria
Ciminia

Cornelia
Tiberina
Aurelia
Cassia
Portuensis
Gallia
Laticulensis.

CAPITOLIA DVO
VETVS ET NOVVM.

Amphiteatra duo
Colisei duo
Columnæ coclides duæ
Macella duo
Theatra tria
Ludi quinque
Nymphae undecim
Equi ænei inaurati uigintiduo
Equi eburnei nonagintaquattuor
Tabulæ sine numero
Signa sine numero.
Arcus marmorei trigintafex
Lupanaria quadragintaquinque
Latrinæ publicæ. Cxliiii.
Cohortes proetoriæ decem
Cohortes urbanæ quattuor
Cohortes uigilum septem
Excubitoria quattuordecim
Vexilla duo cōmunia

Castra peregrina
Castrua misenatum
Castra tabellariorum
Castra lecticariorum
Castra uictimariorum
Castra salgamaiorum
Castra sibiriariorum
Castra equitum singulorum duo
Mensæ oleariæ. xxiiii. mil. ii.

FINIS.

NOMINA REGIONVM
EX PRAEDICTIS
EXCEPTA.


Regio. i. Porta Capena
Regio. ii. Celimontium
Regio. iii. Isis & Serapis
Regio. iiii. Templum pacis
Regio. v. Exquilina
Regio. vi. Alta semita
Regio. vii. Via lata
Regio. viii. Forum Romanum
Regio. ix. Circus flaminius
Regio. x. Palatium
Regio. xi. Circus maximus
Regio. xii. Piscina publica
Regio. xiii. Auentinus
Regio. xiiii. Transtiberis
FINIS.

PORTARVM NOMINA
EX TORTELIO
SVMPA.

Fluentana nunc sanctæ Mariæ populi.
Pinciana. Salaria. Viminalis nunc san-
ctæ Agnetis. Exquilina atq; Tyburtina
sancti Laurètii. Nevia porta sanctæ Ma-
riæ maioris. Alinaria sancti Ioānis. Ca-
pena porta Accia dicitur. Hostiæ nūc
sancti Pauli. Aurelia nūc sancti Pan-
cra-
cii. Tryumphalis inter hospitale sancti
Spiritus & basilicā beati Petri. Pertusa.
Viridaria. Angeli. Aenea.

MONTIVM NOMINA.
Capitolinus uel Tarpeius. Auentinus
Palatinus. Cælius. Exquilius. Vimi-
nalis. & Quirinalis.

Impræssum Romæ per magistrum Ia-
cobum mazochiū Anno. M. d. x.



THE HISTORY OF THE
CITY OF BOSTON
FROM 1630 TO 1800

The first settlement in Boston was made by a group of Puritan ministers and laymen who fled from the Massachusetts Bay Colony in 1630. They sought a more rigidly governed community where they could practice their faith without interference from the state. The city grew rapidly, becoming one of the most important ports in the New England region. Its strategic location on the harbor made it a center of trade and commerce. The city's growth was also fueled by immigration from other parts of the colony and from Europe.

By the mid-17th century, Boston had become a major center of intellectual and cultural life. The city was home to many prominent figures, including John Winthrop, who had led the original settlement, and John Cotton, a leading Puritan minister. The city's growth was also reflected in its architecture, with many grand mansions and churches built in the classical style.

The city's growth was also reflected in its politics. Boston became a center of resistance to British rule, and it was here that the Boston Tea Party took place in 1773. The city's role in the American Revolution was significant, and it was one of the first cities to be occupied by British troops in 1768.



SPECIAL

87-B
8422

THE GETTY CENTER
LIBRARY

